

transportando acquiri et haberi possint et licet ari-
da ligna pro hoc negotio confitiendo desiderentur,
nihilominus tamen cum nimis diu iam negotium
hoc dilatum sit videtur utile futurum quod hi qui
silvas flaminibus vicinas habent requirendi sint et
rogandi ut ligna cedere permittant et sic negotium
instituatur ut universus exercitus tam equitum
quam peditum per Danubium transvehatur et
deinde ligna in usum commeatus conserventur.

Et cum commissarii certiores facti sint quod
prope nigrum sylvam huiusmodi arbores et ligna
in copia haberi possint si fluvius Danubii super Ul-
man aperiretur videtur, ipsis itaque summopere
necessarium esse ut commissio fiat quo talia impe-
dimenta ex Danubio tollantur quemadmodum an-
tea saepius quoque factum est sic fieret quod mi-
nor opera minoribusque copia lignorum compa-
rari possit.

Ut autem haec conscientur videtur necessarium
esse ut aliquot personae ordinentur qui de his re-
bus peragendis commissiones et facultatem ha-
beant.

Haec tamen omnia commissarii prudenti illu-
strissimorum ac illustrium dominorum meorum iu-
ditio et castigationi relinquunt.

Item ut tractetur quomodo et ubi nautac aquiri-
endi sint et ut dominis sub quorum dominio resi-
dent scribatur ut eis liceat huic negotio sua opera
inservire.

Commeatus.

Numerus omnium et singularum personarum
tam equitum quam peditum in summa existimatur
fore bis centena millia viginti et duo millia octingentae
et viginti personae.

Triticum.

Item secundum austriacam computationem opus
est ut habeantur in tali exercitu sex menses semper
pro octo personis unam mensuram computando
quam vulgo aimerum vocant facit pro universo
exercitu sex menses viginti septem millia octin-
genti quinquaginta et duas mensuras tritici cum
dimidia.

Avena.

Item cum iusta summariam computationem in
tali exercitu fore existimetur equi expediti ac om-

nis generis ali septuaginta tria millia et quingenti
tenere austriacae computationis sex menses pro
uno equo computantur tres mensurae, facit mensu-
ras bis centena millia vigintia millia et quingenta
mensuras.

Vinum.

229*

Pro singulis personis singulis diebus hos sex
menses unam mensuram austriacam vini compu-
tando opus est ut pro universo exercitu habeantur
quadraginta quattuor millia ducenta et quinquagin-
ta vasa vini quae ternarii vocantur.

Carnes.

Item iusta austriacam deductionem videtur ne-
cessarium ut pro dicto exercitu habeantur boves
quadraginta septem millia.

Bulyrum.

Item necessarium esse videtur ut habeantur tri-
ginta septem millia et octingentae librae bulyri.

Caseum.

Considerandum est quod fortassis tanta copia
carnis ut dictum est commode comparari non pos-
sit itaque pro restitutione carnium necessarium esse
videtur ut habeant decem millia et quingentae libre
caseorum.

Legumina.

Si sorte talis provisio de carnis ut memora-
tum est fieri et sufficiens esse non posset debet
huiusmodi defectus aliis rebus ut sunt pisa, hor-
deum, milium, lentes et id genus leguminum ac
salsamentis resarciri de quibus rebus omnibus su-
premus noster commeatus una cum aliis anno nae
prefectis quid opus futurum sit et ubi singula
comparanda consulere debet.

Nota. Quod etiam discutiendum sit copias bohe-
morum fore plus 40 millium qui omnis generis
equos ut ad viginti millia habebunt sperandum ta-
men est quod ipsimet suum comeatum sit habituri
quod si factum fuerit tanto minor commeatus
comparari poterit.

Item, consideratis conditionibus huius commea-
tus status demere vel addere secundum eorum
beneplacitum poterunt.